UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XVII. An damnati ab Ecclesia hæretici iustè à Magistratu sæculari plectantur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

ſibilia; multi & ipſa ſuperant mandata. &c.

Non cogo, non grauo; ſed perficientem quidem coronabo; non perficientem non punio.

Cyprianus libro de habitu Virginum.

Non iugum neceſſitatis imponit, quando manet voluntatis arbitrium liberum.

QVÆSTIO XVI.

An LABORARE Monachis neceſſe: & MENDICARE nefas?

HÆRESIARCH. 1. Maſſaliani, orti anno 361. in Meſopotamia; damnati anno 427. in Concil. Orient. negabant Monachos ſuis, ſed alienis viuere laboribus oportere, ac confidere Deo.

2. Guilielmus de S. amore, ſub annũ 1240. Wicleff, ſub annum 1340.

CALVINVS *Inſtitut.* 4. c. 31. §. 10. Monachos ſuis victitare laboribus debere.

1. Iuxta *Eph.* 4. 1. *Theſ.* 4. 2. *Theſ.* 3. vbi vel præcipitur, vel conſulitur labor: vtroque modo tenentur monachi.

2. *S. Aug. l. de opere monac. c.* 17. ait, nec per ſpiritales contemplationes, excuſari eos à labore.

3. Is mos fuit omnibus retrò ſæculis monaſticus.

PAPISTA. Dicit ad iſta *S. Tho. Opuſc.* 19. & 2. 2. *q.* 187. *a.* 3. Si præcipitur; obligantur omnes: ſi Conſulitur, religioſi ad omnia conſilia non tenentur.

AD II. S. Aug. increpat otiantes, ignauosque fucos, fugitantes laborum.

AD III. Fuit ex peculiari regulà.

II. HÆRESIARCH. Guilielmus prædictus; Deſiderius Longobardus, teſte *S. Thom. Opuſc.* 19. Gyraldus, VVicleff, apud VValdenſem *ar.* 2. *l.* 4. impugnarunt omnem Religioſorum Mendicitatem.

LVTHERVS *art. vlt.* Brentius *in Confeſſ. VVirtemb: c. de Votis:* aiunt, extra ſtatum ſalutis eſſe, qui ſe ad ſpontaneam redigunt Mendicitatem.

PAPISTA. Exemplum Domini ſponte pauperrimi, ſectarios refuta in meo *Antichriſto p.* 2. *q.* 29.

Neque huc pluribus opus, quam in *Luthero-cal. p.* 2. *q.* 69. attulimus ex Bellarmino.

QVÆSTIO XVII.

An damnati ab Eccleſia hæretici iuſtè à Magiſtratu ſæculari plectantur?

HÆRESIARCH. Donatiſtæ negabant, teſte Aug. *l. contra Parmen. c.* 7. & 2. *contra Petilian. &c.*

Sic & Huſs art. 14. in Conc. Conſtant damnatus, Sigiſmundo Imp. exuſtus.

LVTHERVS in Aſſert. art. 33. conſenſit eidem, & negat vnquam conſueſſe Eccleſiam comburere hæreticos: Huſſum quoque negat hæreticum fuiſſe. Vide in *Luthero calum. par.* 1. *quæſt.* 73.

PAPISTA. 1. Scriptura ſat refutat ſectarios, in meo *Antichriſto parte* 1. *quæſt.* 30.

2. Deinde praxis contraria eccleſiæ ex quo Chriſtiani extiterunt Imperatores. 3. Sic Patres S. Cyprian. l. de exhort. martyrij. *Si hoc,* (occiſos pſeudoprophetas) *in veteri Teſt. fiebat; nunc magis faciendum eſt.*

Sanctus Hieronymus in Gal. 5. Modicum fermentum, &c.

Arius vna ſcintilla fuit; ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem eius flamma populata eſt.

Sanctus Auguſtinus aliquando cenſuit, hæreticos non eſſe vi cogendos, nec cædendos: quod nulla tunc extaret lex Imperatoris deſuper.

Poſtea tamen id retractauit, & *l.* 1. *contra Parmen. cap.* 7. ait iuſtè puniri Donatiſtas

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tiſtas. Et tract. 11. in Ioan. ait: *Occidunt animas; affliguntur in corpore: ſempiternas mortes faciunt; & temporales ſe perpeti conqueruntur?*

Sed qui ſuas, pluriumque animas per hæreſim occidunt: illis vitam, mentemque ſanam reſtituat Vita IESVS Chriſtus, benedictus in ſæcula, Amen.

F I N I S

Genealogiæ Eccleſiomachæ Luthero-caluiniſmi.

Laus CHRISTO, Deiparæ, Diuiſque Cœlitibus.

SACRA-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN